

ficat. e u ó u a e.

PER OCTAVAM S. ANTONINI.

Ad Mem.

Ant.

vj. toni.

IN humi-li-táte magnus, in pauper-

táte dives, in córpore ánge-lus, o be-áte Anto-

ní-ne ora pro no-bis, quæsumus, al-le-lú-ia. Post

Trin. quæsumus. •

DIE XI. MAI.

S. STANISLAI EPISCOPI ET MARTYRIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, pro cuius honóre gloriósus Póntifex Stanisláus gládiis impiórum occúbuit: præsta, quæsumus, ut omnes, qui ejus implórant auxílium & petitiónis suæ salutárem consequántur efféctum: Per.

DIE XII. MAI.

B. JOANNÆ LUSITANÆ VIRG. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui, inter regáles delícias et mundi illécebras, beátam Joánnam Vírginem tuam virtúte constántiae roborásti: quæsumus ut ejus intercessióne fidéles tui terréna despícient & et ad cælestia semper aspírent: Per.